



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Libri// Officialis// Sive Agendae S.// Ecclesiae Treverensis  
Pars// Prior**

**Jakob <III., Trier, Erzbischof>**

**Avgvstae Treverorvm, 1574**

**VD16 A 766**

De Anno & eius partibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72595)

**QVA DIE MENSIS KALENDAE,  
NONAE, ET IDVS SVMANTVR.**

**P**rima dies mensis, Kalendæ appellantur: Vbi autem Nonæ sunt quatuor, quinta dies Nonis tribuitur, decima tertia Idibus. Vbi sex sunt, septima tunc die dicitur Nonis, & decima quinta Idibus. Reliquis verò diebus dicitur pridie, tertio, quarto, Kalendas, Nonas & Idus, retrorsum numerando, vsque ad diem, qui aut Kalendis, aut Nonis, aut Idibus inscriptus est.

**DE ANNO ET EIVS  
PARTIBVS.**

**A**NNVS constat duodecim mensibus, hebdomadis quinquaginta duabus & die vno, diebus trecentis, sexaginta quinque & sex horis. Hoc enim temporis decursu Sol Zodiacum circuit. Viginti quatuor autem horæ, quarto quoque anno supersunt, quæ diem intercalarem, quem & bisextilem vocamus, efficiunt.

**DE NVMERO DIERVM  
CVIVSQVE MENSIS.**

**VERSUS.**

*Triginta Aprilis, Iunius, Septemq, Nouemq;*

*Uno plus alij, Viginti Februus octo.*

*At si bissextus fuerit, superadditur vnus,*

*Et tunc bissexto Marti conscribere Kalendas.*

**TABV.**